et idem nolle vera amicicia est. Ista
quod si quis eciam a culpa vacuus
in amicicia pravorum inciderit cotti-
diano usu atque illecebris facilius
filius tenebris efficiatur. Caveat igitur
qui amat ut que diligit bonus
sit. In malo enim amicicia non est.
Unde idem Salustius in Jugur-
tino. Omnes eadem cupere eadem quod
odisse inter bonos amicicia et inter
malos factio est et non amicicia. Secundo
non enim amicicia esse ex quo pec-
catum eos culpat. Nempe vicium
in aliud trahit et si avarus
fuerit amicus forte superbus erit.
Si autem superbus ira superveniet
ecce qualis amicicia nulla ex-
pecto quo enim est maculatur, quis
enim divisit angelos amicos super-
bia, quos fecit primo superbia sic
et plures qui et putantur amici
similibus et causis dissolvuntur. Nam
inter amicos debet fore caritas sine
temeritate, cunctas sine cupiditate.
Unde Seneca ad Lucillum epistola 28
Consorcium rerum omnium inter nos
facit omnia. Et subdit omnia cum
amico quia amicus habebit. Illa
pittagorica opinio fuit amicorum
omnia esse communia et amicum alterum
esse se ipsum ut refert Jeronimus contra
Rufinum. Unde Ovidius quarto de
tristibus. Hii duo corporibus mentibus
unus erant. Et loquitur de amicis.
Et arator libro 2o. Repellit er-
ror divisa trahens cum sponsus ef-
ficiat unum que unitas ex concordia

venit. Concordia vero in hominibus est. Unde
Prosper libro epigrammatum. Moribus
iustissimis pulchritudo est concordia
pacis. Dicam igitur posito in exemplum
quo pacto queat vera amicicia
vendicari. Audiamus Ovidium libro
2o de arte amandi ita dicentem
inquit ameris amabilis esto dul-
cibus est verbis alliciendus amor.
Unde Matheus libro de Thobia. Est
beneficiis dignus amoris amor. Et
Hecaton stoycus. Si vis amari ama.
Ex quibus apparet quod nullo laqueo
amor tam cito capitur sicut amore qui
obsequiorum dulcedine conservatur. Unde
Catho. Vince cum possis iniuriam cede
sodali. Obsequio dulces qui reti-
nentur amici. Propterea odium generat con-
cordia nutrit amorem. Sunt que
ferre decet paciente amico. Itaque
mutuis paciencijs amicabilis concordia
reservatur verbisque benivolis exhor-
tacionibus et iustis et increpacioni-
bus inter sapientes amor solidatur.
Unde Tullius libro primo de officiis. Ami-
ci monitus consilia sermones exhor-
taciones interdum et obiurgaciones
maxime in amiciciis vigent. Illa
quod est iocundissima amicicia quam si-
militudo coniugavit nec mireris
si libeat redarguere amicum quia re-
darguendo amore plato sapienti pla-
cet. Ceterum sciscitem car inter homi-
nes non peccant aut enim homines
sunt quales non fuerunt aut vete-
res sicut nunc presentes mutue se di-
lexerunt quod absit. Quid igitur

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0073
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg